

cū apparet de violentia vel in testamento cum non habet vsum rationis et huiusmodi. ¶ Quinto quādo componunt instrumenta usuraria vñ in fraudem usurarum scienter. Sexto quando sunt vocati ad conficiendum aliquod instrumentum et nolunt facere ne displiceant amicis vñ potentibus quos timent: nec apte aliter possunt inuenire notarium. ¶ Septimo quando pauperibus non valentibus sibi solvere dō labore nolūt rogati conficere instrumenta sua vel confecta nolunt eis dare in publicam formam et possunt se in iudicio iniurare. ¶ Octavo quando de ministro suo nimium salarium extorquet: in quo attenduntur et labor et industria et quantitas cause et consuetudo regionis. In his omnibus vbi damnificatur quis ex suo opere videtur teneri ad satisfactionem lesi: extra de iniurijs. et dā. da. cap. fi. ¶ Procuratores autem offendūt: vt notat Alanus in libro de plan. ecclesie. Primo quidem si exercent tale officij quibus a lege prohibetur: vt minor viginti quique annorum ad iudicia: et minor. i. 7. ad negocia. ff. de procu. l. minor. extra de procu. §. qui generaliter. l. 6. ¶ Item non potest esse procurator furiosus infans surdus vñ mutus accusatus de crimine: miles seruus excommunicatus vel constitutus ab excommunicato: qd si fieret tamen i occulto: teneret: extra de procu. c. auditis. Item nec regularis nisi in casu sui monasterij iubente suo prelato: vt de procu. cum religiosus in clementinis. Item clericus in quolibet gradu constitutus quo ad civiles causas: seruus autem in spiritualibus. Et in quilibet potest esse pro personis miserabilibus secundū hostien. ¶ Secundo offendunt procuratores cum non appellant quando debent: puta quando sūt grauati in causa contra iusticiam: vel domino suo non denuntiant qd appelleret: extra eo. non iuste. ¶ Tertio quia plene dominum suum non defendunt: quia omnia debent facere que faceret dominus si presens esset: et maiorem diligentiam habere debet qd in suis negocijs: vt. C. mandati. l. in re mandata. qd intelligendum est salua semper iusticia seu conscientia. Tenetur autem ad tria procurator scilicet vocatus ad iudicium venire: iustis preceptis parere: et sine licentia nō recedere. ii. q. 3. certum. ¶ Quarto offendunt cum consentunt contra dominum suū maliciose: qd non debent fateri. corrupti ab alia parte: et confessio procuratoris nocet domino: extra de postul. c. i. ¶ Quinto si falsi procuratores sūt id est non habentes mandatum vel falsum mandatum habentes: et si in alijs habeant: extra de rescrip. c. cum dilecta. ¶ An autem preiudicet domino qd facit procurator contra ius vel iniuriose contra eum sine speciali mandato: extra eo. dilecti. secundum Innoc. vide ibi. ¶ Septimo quia extorquent nimis magna salaria in quo tenentur de superfluo. i. 4. q. 5. non sane. De salario congruo dictum est supra. ¶ Octavo: quia intromittūt se

de officijs aduocandi: cum parum vel nihil sciunt iuris. vnde in culpa sunt usurpantes officijs alienum: et cum per hoc damnificat dominos suos tenentur eis: ar. extra de homicidio. c. tua. ¶ Nono quia in fauorem dominorum suorum multa pro parte sua mendacia et periuria dicunt et partem aliam decipiunt. ¶ Decimo quia calulationibus et falsis positionibus et allegatiōibus vtuntur: vnde et in his tenentur deo et proximo: extra de crimine falsi. c. i. Et breuiter in omnibus in quibus offendunt mali aduocati: peccat: et mali procuratores.

Titulus. 7. De statu medicorum. Sermo. Cai.

Unquid medici suscitabunt et confitebuntur tibi. ps. 87. Sicut deus gloriosus creauit medicinalia. Unde dicitur eccle. 38. c. Alissim de terra creauit medicinam: et vir prudens non abhorrebit eam: ita et ipse primus auctor extitit artis et scientie medicinalis. ¶ Nā a deo habuerunt illustrando naturalem intellectum ad inuestigandum vires herbarum et aliare: um et experiendum earum effectum. ¶ Primi auctores medicine: vt Appollo et Esculapius: quem secuti sunt Hypocras et Galienus et Auenenna antiqui artis medicine scriptores et exinde alij Applicando ergo medicinalia ad infirmū a deo creata: medicus sic curat egrotum vt instrumentum dei siue nature: et sancti viri fuerunt medici: vt Lucas euangelista dō quo ait apostolus ad col. 4. c. Salutat vos Lucas medicus charissimus. et sancti viri vñ sunt medicinalibus. Legitur enim de Iohāne euangelista qd existens in balneo videns Cherinthum hereticum dixit socijs fugiamus hinc ne balnea corruāt in quibus Cherinthus filius diaboli lauatur. 24. q. 1. omnis qui: et sanctus Germanus episcopus capuanus ad balnea cum infirmitatis causa accedens: inuenit ibi animam pascasij in specie humana serui: ntem et cetera. vt refert Grego. in dialogo. Et Augustinus in regula loquens religiosus dicit: qd si non ē certum: de infirmitate alicuius fratris medicus consulatur: vt scilicet secundum consilium suum: et quātum potest fieri prouideat. ¶ De medicis ergo loquens. ps. ait. Nunquid medici tē. quasi dicat. et si eorum sit curare: non tamen refutare. In quibus tria possunt notari. ¶ Primo professio veneranda: ibi medici. ¶ Secundo effectio admiranda: ibi suscitabūt. ¶ Tertio confessio imitanda: ibi et confitebuntur. Vbi aduertendum qd triplici honore est medicus venerandus. ¶ Primo honore subuenientie. ¶ Secundo honore obīe. ¶ Tertio honore reuerentie. ¶ Quantum utique pfectio

iei exercitatio medicorum est honoranda.
Nam et hoc vltus habet: et dicit sapiens ecclesia
 stici. 38. capit. honora medicum propter neces-
 sitatem: id est quia tibi est necessarius cum sepe
 infirmetur homo varijs languoribus. **H**onor
 subuenientie est vt detur sibi salarium vt inde si
 bi subueniatur de labore suo. **U**nde **Augustinus**
 reprehendit eos qui nolunt medico prouidere.
Quidam nolunt dare medico honorem suus
 i. 4. q. 1. non sane ostendens ibi qd potest illud ex-
 igere: etiam ab inuito: quod intelligendum est
 si potest. **N**am pauperibus non valentibus soluere
 gratis debet mederi: non se ab eorum cura sub-
 trahere: quia hoc esset indirecte occidere. **M**or-
 tem enim probatur languentibus inferre qui hac
 cum potest non excludit inquit. **S**imachus papa:
 di. 83. §. 1. **N**ec ex hoc qd medicus accipit et petit
 salarium: dicitur vendere scientiam suam vel sa-
 nitatem: que spiritualia sunt: sed locat operas su-
 as pro suo labore habito tunc vel prius in stude-
 do querit mercedem. **N**emo enim de suo cogi-
 tur facere beneficium. i. 10. q. 2. precarie. **Q**uam
 sancti medici **Cosmas** et **Damianus** nil suscep-
 rint cum curabant infirmos: hoc ideo fecerunt ne
 viderentur vendere gratiam sanitatum: quia non
 virtute et industria humana: sed infusione diuina
 edocti fuerant illas artes: et miraculose sanabant
 vt seruarent illud christi mandatum. **G**ratias ac-
 cepistis gratis date. **M**at. 10. sicut etiam **Helise**
 us propheta **Naaman** curatum a lepra per eius
 nil temporale accipere voluit: **S**yeci qui ex auaritia
 precium occulte accepit scilicet sine scitu **He-**
 lisei lepra percussus est. 4. **R. 5.** **Damianus** aut
 qui munus accepit a muliere ab eis curata: quia
 non ob precium sed ob dei reuerentiam ob qua
 per nomen eius illa adiurauerat ad accipiendum
 et satisfaciendum deuotioni eius in nullo pecca-
 uit: et ideo frater eius **Cosmas** qui hoc audito ita
 detestatus fuerat qd mandauerat ipsum **Damia-**
 num non sepeliri secum: admonitus fuit in som-
 nis: qd in eo non peccauerat. **Damianus**: cum ac-
 cepisset ob deuotionem non ex auaritia: qd eti-
 am per loquelam animalis irrationalis post ma-
 trimonium eorum fuerit declaratum. **D**e salarijs
 medicorum habet. §. **D**e secundo scilicet ho-
 noze obedientie. **S**ciendum qd primo et ante
 omnia infirmus de eo quod nouit debet detege-
 re medico suam infirmitatem. **U**nde philosophia
 ad **Boetium**. **S**i operam medicantis expectas
 necesse est vt vultus detegas. in libro de philo-
 sophica consolatione: et hoc quantum ad locum
 in quo patitur et verecunde cum ea honestate qd
 decet: et quantum ad causam vel occasionem: vt
 crapulam nimiam luxuriam ex qua multi infir-
 mantur. **P**assiones ex quibus inordinati homi-
 nes grauiter infirmantur: siue tre ex qua nimia
 felle dirutus est sanguis: nec restringi potest: vn-
 de et mortuus est: vt refert **Augustinus** de ciuita-
 te dei li. 2. c. 23. **S**eu tristitie excessiue: sicut acci-

dit. **Antiocho** regi qui ex nimia tristitia quam
 incurrit: quia non habuerat prosperum successum
 in eo: qd quesierat expoliare ciuitatem quadam
 de ymaida: decidit in lectum somnum non ca-
 piens: vt habetur. i. machab. 6. **U**el etiam ppter
 inordinatum concupiscentie amorem: sicut ha-
 betur de amon filio dauid propter amorem car-
 nalem quez habebat ad **Thamar** sorore ex pa-
 tre. 2. **R. 15.** **A**ueat tamen medicus ne det tale re-
 medium: quod odit **Jonadab** ipsi amon: scilicet
 vt concuberet cum ea: quia grauissime peccaret.
Debet etiam manifestare vite sue morem et vltu.
Sicut dicitur de quodam qui solitus erat cua-
 cuare loca necessaria: et cu transisset per loca ple-
 na aromanibus: vt per reatum venetiurum ex ta-
 to odore infirmatus est et quasi deficiens: et cum
 non posset intelligi causa sue infirmitatis: vnde
 nec curari: quidam medicus acutus interrogas
 de exercitio suo: eo intellecto iussit eum poni iux-
 ta locum talem: scilicet stercoreum et subito vi-
 res resumpsit. **E**t ideo bonum est recurrere ad
 medicum consuetum qui nouit complexionem
 et modum regiminis honestum maturum et pra-
 cticum. **E**xinde debet medicus honorare et obe-
 diendo. **Augustinus** super so. de christo. **Q**uamtu
 in medico sanare venit egrotum. **I**ple se interi-
 mit qui precepta medici seruare non vult. **D**ebz
 ergo obedire medico in licitis et honestis: non
 autem in malis infirmus. **Q**uomodo ergo de-
 beat medico obedire vide. §. in §. sin autem que-
 ritur. **E**t quauis non sanetur quis nisi deo dispo-
 nente: hic tamen est modus a deo ordinatus: vt
 obediat quis medico. **U**nde dicit **Gratianus**:
 quauis certissime sciamus neminem vltra termi-
 num sibi a deo prefixum esse victurum: omni-
 bus tamen languentibus non incongrue mede-
 mur. 23. q. 4. de thirys. §. sequenti. **N**am vt dicit
Tho. secunda secunde. q. 83. articulo secundo: a di-
 uina prouidentia non solum disponitur qui esse
 eius fiant: sed etiam ex quibus causis procedant
 et quo ordine eueniant. **I**nter has autem cau-
 sas quorundam effectuum cause sunt actus hu-
 mani: sicut comedere et bibere est causa huius. s.
 conseruationis vite: et vltus medicinarum causa
 sanitatis secundaria. **O**portet ergo homines
 agere aliqua non vt per actus suos diuinam dis-
 positionem immutent: que immutabilis est: sed
 vt per actus suos adimpleant quosdam effectus
 secundum ordinem a deo dispositum. **Q**uauis
 ergo ipse deus sit qui vulnerat et medetur: vt di-
 citur **Job**. 5. c. et ipse sanat omnes infirmitates: in-
 quit. ps. hoc tamen agit communiter per causas
 secundarias: vt medicinas et huiusmodi: et ideo
 huiusmodi vti debemus tempore oportuno: li-
 cet aliquando preter naturam et per viam mi-
 raculi hoc operetur. **S**ed vt dicit **Gratianus**
 miracula diuina sunt admiranda: non in exem-
 plum nostre actionis trahenda. quarta questio
 tertia. §. finali. **S**i quis igitur talibus indigen-

non uellet talibus **¶** tñ: quia expectaret a deo sa
nitatem: grauiter peccaret: quia deum tentaret
nisi super hoc haberet familiare consilium scili
cet sicut habuit beata **A**gata: icũ dicit medicinã
carnalem corpori meo nunq̃ exhibui. **E**rat enĩ
experta diuinam beniuolentiam. **D**icit **E**bo. se
cunda secunde. q. 97. articulo primo. ad primũ.
¶ vt vel infirmitates non pateretur quibus corpo
rali medicina indigeret: vel subito sentiret in
se diuine sanationis effectum. **¶** De tertio hono
re reuerentie debet etiam medicus venerari.
¶ Quilibet enim beneficiatus debet honorare su
um benefactorem. **E**t cum dicitur ecclesiastici.
30. c. Non est census super sanitatem: cum hoc
beneficium recipiat per medicum debet eũ ho
norare reuerẽdo ecclesiastici. 58. c. **D**isciplina me
dici exaltabit caput eius: id est facit eum honora
ri ⁊ reuereri: ⁊ in medio magnatum collaudabi
tur. **I**n tanto honore ⁊ reuerẽtia medici habiti
sunt ab omnibus vt primos inuentores medi
cine artis: scilicet. **A**pollinem ⁊ **E**sculapium hõ
nes vt deos colerent ⁊ haberent: quasi quoddã
diuinum medicinã reputantes. **S**ed dii esse nõ
poterant qui mortales crant: sed veri dei minist
ri ⁊ instrumenta. ipsum autem deum auctorem
omnis scientie ⁊ artis esse constat. **S**olẽt iuriste
⁊ medici questionem facere inter se quis magis
debeat honorari medicus vel iurista. **E**t hoc est
querere que scientia sit nobilior ⁊ perfectior sci
entia iuris vel medicine: de quo uide **I**ti. de ma
gistris ⁊ doctoribus. §. 8.

Quantum adsecundū

principale quod est effectus admirandus videlicet viuificatio. **U**trique admirandus est iste effectus. scilicet resuscitatio: quia, supra virtutem nature. de priuatione enim ad habitum non est regressus secundum philosophos in post predicamenti naturaliter. Nunquid ergo resuscitantur medici? utique sed non omnes. **S**ciendum igitur quod est triplex medicus supernaturalis spiritualis corporalis. **P**rimus est dei filius: de quo ipse ait. **M**at. 9. Non est opus valentibus medicus sed male habentibus. **E**t **Aug.** Tunc venit de celo magnus medicus quando per totum mundum magnus iacebat egrotus. hic medicus solus est qui resuscitat. ps. cui misit verbum suum id est filium et sanauit eos et eripuit eos de interitionibus eorum id est moribus: et si ipse resuscitat corpus et animas et omnem quem in mundo conuersatus resuscitauit et sanauit: simul in anima et corpore viuum et sanum fecit: ut dicit **Augustinus** de peni. di. 3. c. sunt plures. ita etiam ipse est qui principali ter sanat. **M**edicus autem operatur ut instrumentum suum quod debet multum notare et medicus et infirmus: medicus ut non gloriatur de sua cura: nec de scientia sua solum confidat. **U**nde dicit **Augustinus**: quod contra superbe pollicitantes salutem inuigilat illud dictum. ps. 70. **D**ominus meus

7. **Annunciabit laudem tuam tota die salutare suum.**
 Infirmitas autem: vt ad deum recurrat: non so-
 lum ad medicum corporalem. **Unde Grego. 7.**
Ad deum primo confugiendum est: qui nostre
 possit curare anime passionem: sed homines or-
 dine prepostero ante sibi opem ab hominibus
 accersunt: de consecra. **distin. i. omnis.** Reprehen-
 ditur **Ala rex israel:** eo qd infirmatus magis cõfi-
 sus est in arte medicorum qm dei auxilio z mor-
 tuus est: secundo **paralip. 16.** Sicut ergo non li-
 scitabunt medici: ta nec sanabunt nisi deo auxili-
 ante. **7. Medicus spiritualis est sacerdos:** medi-
 cina spiritualis est penitentia z alia sacramenta.
Unde Leo papa per penitentiam medicinas spes
 vite reparatur eterne: de peni. **distin. i. multiplex.**
7. Sacerdos est medicus qui applicat medicum
 nam infirmo vel morituro. **Unde Hierony-**
mus de sacerdotie ait. **Ubi peccator intelligens**
vulnus: idest peccatum: medico tradiderit se cu-
 randum: idest facerdoti: ibi non virga districtio-
 nis necessaria est sed spiritualis leuitatis: de pe-
 distin. i. importuna. Sicut medicus corporis si
 potest per suauia z leuia curat: sed vbi est neces-
 se etiam aspera apponit: vt cauterium z huiusmo-
 di: sic in cura spirituali. ferro enim necesse est vt
 abscindantur vulnera que fomentum non de-
 ferunt medicinam: **distin. 82. plurimos.** **7. Me-**
dici ergo spirituales mediante penitentie medici-
 na z confessione resuscitant mortuos in peccatis
 non solum infirmos sanant: hoc tamen non ex se
 sed ex virtute de. **Et hoc est qd dicit.** Nunquid
 medicus suscitabit: quasi dicat non ex se: gratia
 enim dei reuiuiscunt: mediante tamen confes-
 sione. **Et ideo fit preceptum medicis:** corporum vt
 cum visitant infirmos anteqz curerent: inducãt eos
 vt vocent animarum medicos idest sacerdotes
 pro confessione facienda vt salutem anime z corpo-
 ris melius prouideatur: de peni. z remissi. **cum**
infirmis. cur? declarationem habes. **f. cõditi.**
Et quãuis medicis corporum quedam infirmi-
 tates sunt incurabiles: tamen per medicum spi-
 ritualem z medicinam spiritualem omnis langu-
 or curatur z totiens quotiens. **Unde Augusti-**
nus. Videmus adhuc quotidie in ecclesia sepe
 feblicitatem sepe lãquidos sepe varijs infirmi-
 tatibus captos posse liberari: vt appareat totiẽs
 opus misericordie: quotiens confessio fit penitẽtis.
 Quomodo corpus quod vilius est z ab ipso dis-
 similius sepe sanaret z non animam digniorem
 z a se redemptam non totiens liberaret: medicũ
 se vocat: de peni. **distin. 3. c. adhuc.** medicus cor-
 poralis mortuos quidem corporaliter suscitare
 non potest nec ulla creatura: quia supra virtu-
 tem est nature. **Et sancti** si aliquos mortuos li-
 scitauerunt: vt **Petrus z Paulus:** vt patet actu
 um apostolorum. **zo. capitulo. z Helias z Helise**
us: vt habet tertiũ. **Re. 17. capitulo. z quarti. 8.**
4. c. hoc egerunt non propria virtute: sed dei.
Infirmitates tamẽ desperatas in quibus scõm

[illegible]

iudicium hominum habentur pro mortuo: aliquis curat diligens medicus aliquando s. raro. Et sic potest exponi illud. Nunquid medici scitabunt scilicet mortui adiudicatos: quasi dicat raro. Et ideo usque ad ultimum debet facere medicus quod potest ad curam infirmis: nunc tamen dando remedia contra anime salutem vel dubia extra de peni. et remiss. c. cum infirmitas. **T**ercio medicis supernis suscitantibus homines ad gratiam et fidem deo scilicet et angelis cooperantibus mysterialiter ut raphael qui interpretatur medicina dei: qui curavit tobiam: tob. ii. c. Unde et dixerunt angeli. **I**ere. li. c. curauimus babilonem et non est curata: recedamus ab ea. **S**ed homines resuscitati virtualiter raro et vix confitentur recognoscunt et laudant tantum beneficium curationis medicis sacerdotalibus suscitantibus per instructionem et predicationem et orationem: homines inde confitentur peccata sua: cum difficultate: tamen medicis corporum magnas curas facientibus et infirmitates mortales curantibus: nunquid confitentur deo ab eo recognoscunt: certe raro: sed sibi attribunt. Est autem triplex medicina: quod sicut medici corporales ita et spirituales curant infirmitates desperatas: et sic suscitant et suscitati confitentur domino gratias agentes. **P**rima est dispositiua ad curam: ut sirupius hoc est verbum dei. **S**apientie i. c. Non herba nec malagina sanauit eos: sed sermo tuus qui sanat omnia. **S**ecunda est purgatiua humorum malorum id est expulsiua vitiorum: hoc est penitentia. **A**byloto. **S**icut preceptis medicine medicamentum multas habet herbas. **U**nam autem dominatissimam: sic in penitentia: de pe. di. i. c. medicina. §. medicamentum. **E**t hoc est confectio quasi reubarbarum quod facit vomere. **T**ertia est conseruatiua: ut electuarium: et hoc est sacramentum eucharistie. **A**mbrsius. **E**go qui quotidie pecco: quotidie de deo accipere medicinam: de conse. di. z. c. si quotiens et loquitur de eucharistia ut etiam presertina a malis futuris. **E**t sic intelligitur: sit ablutio scelerum. s. ne committantur. **A**bstinentia etiam est optima medicinarum. s. abstinere ab occasio nibus peccatorum. **S**alut. i. salutem per hoc optat lucas medicus carissimus.

De diuersis vitijs medicorum et salarijs eorum. capi. z.

Medici in multis solent delinquere in arte sua. Et primo circa curam corporalem infirmorum: in qua offendunt aliqui ex ignorantia: aliquando ex negligentia: aliquando ex malitia. **P**rimo ergo requiritur quod medicus sit peritus in arte: ita quod a peritis talis facultatis communiter reputetur idoneus: nec sufficit quod sit doctoratus: cum multi hodie in omni facul-

tate magistrarentur et doctorarentur indigni in damnationem sui et promouentium eos: alias ubi ex ignorantia notabili in curis suis nocet infirmis semper peccant mortaliter: facientes contra illud preceptum. **N**on occides. de pe. di. i. homicidium. **N**ec excusantur ex hoc quod illud non intendunt: quod voluntarie se ponunt ad illud unde hoc sequitur: ar. 15. q. i. merito. et §. sed obijciunt de lamech immo etiam si sequatur sanitas non excusatur a peccato: quod exponunt se periculo peccati mortalis ei. s. operi unde potest sequi notabile nocuum tum proximo. **S**ecundo debet medicus adhibere debitam diligentiam. unde **Q**uicumque sit peritus si committat notabilem negligentiam in reuidentibus libros in visitando infirmum in qualitate medicinalium rerum: et hoc unde sequatur mors: peccat mortaliter: et est irregularis. **S**i etiam sequatur magna aggrauatio infirmitatis ex hoc: et si non mortis non excusatur a mortali. **E**t ideo ut dicit **A**ntonius de butrio sup. c. tua nos. extra de homicidio. debet adhibere in huiusmodi omnem diligentiam: quod tunc dicitur facere quando sequitur traditiones artis: et quod infirmum visitet personaliter: et quod dietam suam et regimen dicet ei: nec tenetur ei ad custodiam personaliter continuam: ut dicit **H**osti. **E**t si dubitat de medicina quod non constat ei secundum artem medicine utrum debeat ei nocere vel prodesse: male facit dando: quod ut dicit **I**nno. **I**n dubio potius debet dimittere infirmum in manu creatoris quam exponere medicum: de quo nescit extra de homicidio. c. petio. **T**ercio debet medicus quicquid potest curare infirmum. unde si ex industria obmittit debitam medicinam: et cito curatiua: ut dimittendo eum in infirmitate amplius lucretur: grauius peccat et furatur quod sibi lucratur. **E**t similiter si in compositione medicine permittit aromatarium ponere vetustas species: et huiusmodi parum vel nil operantes: ut faciat illum lucrari: cum posset et deberet alias ponere: grauius peccat: et si quod de trimenti inde accidat infirmo imputatur utrique immo non deberet medicus confidere de aromatario in componendis medicinis: nisi eum sciret timorare conscientiam et bene doctum et practicum in hoc: sed in presentia sui deberet facere fieri et bene videre que ponit.

Medici etiam mortali

ter peccant: si dant aliquod consilium vel remedium pro salute corporis in periculum anime: ut scilicet fiat aliquid contra diuina precepta: puta quod cognoscat mulierem extra matrimonium: vel quod inebrietur et huiusmodi. **E**t quantum hoc eis prohibeatur per ius canonicum sub pena excommunicationis que comminatio est sententie: extra de peni. et remiss. cum infirmitas: tamen absque illo precepto est illud peccatum mortale et infirmo et medico: quod contra ordinem charitatis secum quem preponenda est salus anime corpori.

de pe. di. z. c. ergo. z. z. q. 3. faciat. nec excusaret i
hoc ignorantia. Et dicit Jo. an. post Vincen. in
nouella super dicta decretali: q. medicus qui di
cit infirmo non consulo: s. si accederes ad aliquā
mulierem sanaberis: transgreditur illam consti
tutionem. Nam z. cum vdo tibi aliquid adij
ciens si vitiosum est: si lesum est: nolo tenei: cum
sciam illud esse tale: teneor. ff. de acti. emp. z. ven
di. l. i. Debet ergo cauere sibi medicus in loquē
do ne ex assignatione cause infirmitatis ille inci
tetur ad aliquod malum agendum. Item sūt
aliqui medici qui sibi z. etiam alijs sanis faciunt
conscientiam grossam de ieiunijs ecclesie asserē
tes huiusmodi destruere corpora: qd est falsissi
mum: qz ecclesia in suis ordinationibus regitur
illustratione gratie spiritus sancti. gratia autem
non destruit naturam. talibus imputantur om
nes transgressionis quas homines faciūt ex sua
pestifera persuasione: ar. de pe. di. i. noli putare. z.
tenetur si commode possunt eos quos sciūt suo
verbo peruertisse reedificare. Itē quo ad infir
mos seu debiles non debent sine causa z. ratioe
inducere eos ad frangendum ieiunij vel come
dendum carnes diebus prohibitis: qz imputare
tur eis ad peccatum: in dubio tamen infirmus ex
cusatur medici cōsiliū sequēdo.

Medici uero uel alij in

dando medicinas p̄gnantibus ad procurādum
abozum z. mortem eius vt occultetur peccatu:
mortaliter peccant. Sed si faciūt hoc ad p̄ser
uandum p̄gnantem a periculo mortis in quo
est ex puerperio: tunc secunduz Jo. neapol. in. io.
qdlibet distinguendum est de puerperio: qz aut
est animatum aut nōdum est animatus anima ra
tionali. Et si quidem erat animatum dando ta
lem medicinā: medicus peccat mortaliter. Ra
tio ē: qz causa mortis puerperij corporalis z. spi
ritualis. Non dando autem medicinam non po
test dici causa mortis ipse sed morbus. Non enī
est causa directe: qz actus suo non interfecit. Nec
indirecte sicut nauta dicitur causa indirecte sub
uersiois nauis: cū potuit z. debuit gubernare nauem
z. nō fecit: qz licet dando medicinam potu
isset matrē a morte p̄seruare: nō tamē tenebat:
imo nō debuit: cū dando causa mortis eēt puer
p̄ij: ar. i. 4. q. 5. deniq. vbi dicit Ambrosius. Si nō
potest alteri subueniri nisi alter ledatur: commo
dius est neutrum iuuare qz alterum grauare. Si
autem puerperium nūdum est animatus anima
rationali posset tunc z. deberet dare talē medici
nam: qz licet impediret animationem talis fetus
non tamen esset causa mortis alicuius homi
nis: z. hoc bonum sequitur: qz liberat matrē a
morte: ideo in tali casu debet dare non in p̄mo.
hec ille. Et si dubium est de puerpero vtrum sit
animatum vel inanimatum anima rationali dā
do talem medicinam videtur q. peccet mortali
ter: qz exponit se periculo peccati mortalis id est

homicidij: z. q. amat periculum: vt scriptum est:
incidit in illud. vnde in tali casu nō dō dari.

Salariuz autē seu mer

cedem sui laboris iuste petere possūt: vt patet lu
cc. io. c. Dignus est enim operarius mercede sua:
z. iz. q. 2. Quicunq. Aut igitur medici sunt sala
riati a communitate ita q. nil debeāt ab infirmis
accipere: aut non salariati sed limitati per statutu
communitatis vel domini: q. non accipiat nisi tā
tum aut nec salarium nec limitati in aliquo. Et i
p̄mo casu non possunt accipere: z. si nō sufficit eis
salarium: imputent ex quo sic contenerunt. Pac
ta enim ex conuentione legem accipiunt que z.
seruanda sunt: extra de pac. c. i. z. hoc nisi mutate
essent rerum conditiones. In secundo casu non
plus accipere debent nisi quantum statutum est:
nisi ipsum statutum esset abrogatum per contra
riam consuetudinem: extra de consue. c. h. In ter
tio casu possunt accipere z. debēt exigere mode
ratum salarium: quod moderamen attenditur se
cundum qualitatem cure z. laborem medici z. in
dustriam z. conscientiam eius z. facultatem iur
mi z. consuetudinem loci. Sed queritur quid
cum sit pactum cum medico de certa mercede
z. danda post liberationem vtrum infirmum sa
natum z. postea recidiantem teneatur pro eodē
salario curare. Suli. in speculo li. i. c. si. arguit pro
z. contra. demum respondet secundum pe. qui di
stinguit an incontinenti redierit egritudo: tunc
teneatur. Non enim videtur egritudo recessisse
que statim rediit: nec plene liberatur qui ex toto
non liberatur: de pe. di. 3. sunt plures. an ex inter
uallo redierit: tunc non teneatur. ar. de peni. di.
i. c. diuorziuz. Vel dic q. si culpa egri recidiant
non tenetur: qz talis euentus non debet ei impu
tare: alioquin sic: de re iudi. c. quod quis sua cul
pa. Itē quid si monachum bononie studentē
egrum factum aliquis curauit: animo tamen re
petendi expensas quas etiam fuit p̄testatus:
demum mortuus est monachus: nunquid pote
runt peti expense ab abbate suo: an a patre natu
rali? Et procedit questio quando monachus de
licentia abbatis sui tacita vel expressa erat in stu
dio alias non teneretur: ar. ff. de re mili. l. deserto
res. arguit contra abbatem q. teneatur z. contra
patrem q. teneatur ipse z. non abbas. Demū sic.
Negari non potest quin negocium sit vtriusq.
Sed distingue cuius contemplatione factus est
vt ille teneatur. Et si vtriusq. vterq. tenetur: vi
detur tamen magis teneri abbas. Dicitur enim
monachus seruus monasterij: di. 5. 4. vnde eum
alere tenetur. Item abbas est vsufructuarius: qz
ei acquirit ex re sua vel operis: vt. is. q. i. c. i. S.
vsufructuarii tenetur: z. si bz cōmodum expen
sue infirmitatis. Infirmis autē nō valētibus sol
uere tenetur gratis mederi: quoniam z. medicinal
pro eis soluere si valeat: z. ipsi infirmi facultatem
nō hnt: imo vt dicit glo. 83. di. 5. i. etiam diuitem

valentem solvere: et nolentem infirmum debet medicus curare: et si expedit medicinas necessarias pro eo solvere: quod intelligo quando ipse infirmus ex avaricia non vult expendere sed bene alias et ipsius medici curam et remedia et non alterius querit. Et postmodum poterit petere et pensas et medicinarum et sui laboris: non solum si conualuerit: quia utiliter gessit negotium eius sed et si mortuus fuerit: quia sufficit quod utiliter cepit gerere negotium: et si non sit secutus eventus. ff. de nego. ge. l. sed an ultimo. Nec potest obijci quod pietatis sumptus egerit infirmo: nisi esset ei propter pietatem. eo. l. alimeta. Imo etiam si infirmus prohibet ne ei dentur velle medicie: medicus vocatus ab eo vel propinquis eius potest cum iuvantu curare: sic iuvantis debet extrahi de domo ruitura. 23. q. 4. ipsa pietas. Debet enim presumi ut furiosus: iuvito et quandoque dandum est beneficium. di. 45. et q. emendat. Non autem tenetur omnibus medicus infirmis pauperibus simpliciter et indistincte providere: sed pro loco et tempore sibi occurrentibus: putat dicuntur supra de advocatis. §. 6. et putat dicitur de alijs operibus misericordie supra l. 2. parte. ii. c. Tenetur quoque medici ad servandum secreta que habentur extra de peni. et remis. c. cum infirmis ubi dicitur cum infirmis corporalis nonnunquam ex peccato proveniat dicente domino languido. Glade et noli amplius peccare: ne iterius tibi aliud contingat. Jo. 8. c. presenti decreto statuimus et districte precipimus medicis corporum: ut cum eos ad infirmos vocari contingat: ipsos ante omnia moneant et inducant: ut medicos advocet animarum: ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum: ad corporalis medicine remedium salubrius procedatur: cum cessante causa cesset effectus ex. 2. physicoz: ubi dicit Jo. an. in novell. quod signanter dicit decretalis nonnullis: quod non semper: sed aliquando et alijs casibus. Unde Brege. Cum percussio corporalis imminet: vtrum pro vindicta vel purgatione contingat iudicium dei in hoc ignoratur. 7. q. i. ne deterius. ne maiorem infirmitatem incurrat: et sic facit ad propositum. Districte precipimus et sic necessitate importat. i. 4. q. i. quod precipitur. Et dicit glo. hosti. quod transgressor peccat mortaliter: et quod non potest contra istam constitutionem prescribi: vel aliqua consuetudine tolli. Et subditur in eadem decretali: quod si quis huius constitutionis transgressor fuerit: postquam fuerit per plures publicatus: tamen arceat ab ingressu ecclesie donec satisfecerit de hoc competeret: quod intelligat Innocentius et hosti. quod per satisfactionem arceatur: et dicitur satisfactio competens ad arbitrium iudicis: cum certa persona non exprimat secundum. Jo. an. Et nota quod aliqui medici hoc observant circa infirmos: cum vident infirmitatem mortalem et non alias: sed isti non adimplent constitutiones: quod patet ex ipso textu decretalis. Dicitur ibi post superius in principio. §. posita: hoc inter alia causa de dicit edicio: quod quidam in egritudine lecto iacentes

cum eis a medicis suadetur: ut de animarum salute disponant: in desperationis articulum incidunt unde de facilius mortis periculum incidunt. Ubi dicit Jo. an. Ex quo vero scient infirmi in omni infirmitate mortali hoc medicos dicere: et non mortali ex precepto cessabit timor et periculum. Item nota quod debent medici hoc preceptum servare ante omnia ut dicit decretalis. anteque ad curam manus mittant vel de salario conveniant secundum. Jo. an. Sed dubium est an sufficiat medicis tantum ad monere infirmos quod vocent medicos animarum i. confessores quibus confiteantur: an etiam requiratur quod ita inducant quod sequatur effectus scilicet quod infirmus confiteatur: aliter medicus non visitet eum amplius. Et hoc videtur sentire. Hosti. inducat. i. eum effectus aliter non intromittat se de cura. Sed dura videtur ista opinio. cum in periculo constitutus quantumcumque etiam obstinatus sit subueniendum secundum ordinem charitatis. Nec textus hoc dicit. §. 3. et pe. d. pat. solus dicit quod tenentur medici ad admonendum. **¶** Utrum autem medicus precognoscens mortem vicinam infirmi: cuius curam habet teneatur ei nuntiare? Circa hoc Jo. neapol. in quodlibet. ii. quadam questione sic distinguit: aut talis medicus credit verisimiliter quod talis pronuntiatio mortis multum prodest infirmo quantum ad salutem anime et dispositi ones seu ordinationem de rebus suis. Aut credit oppositum scilicet quod non proderit: aut dubitat de utroque. Et in casu cum scilicet credit quod proderit utpote quia credit quod talis infirmus sit in statu peccati mortalis et nihil ordinavit de rebus suis que distraberentur post mortem eius: et gravis diffusio esset iter heredes propter eas: audita vero morte vicina infirmus se disponet ad bene moriendum et bene ordinandum de rebus suis. Et in tali casu tenetur manifestare per se vel per alium infirmo ex precepto charitatis: et non faciendo peccat mortaliter. Et huius ratio est quia multum dampnificat proximum quo ad salutem anime et quo ad res temporales: non quidem directe actu suo inferendo damnum sed indirecte: quia non impedit damnum cum potuit et debuit. Dicit enim Augustinus qui definit obviare eum potest consentire. 23. q. 3. ostendit. Pro regula etiam datur a beato thoma. quod quod dampnificat proximum notabiliter peccat eum faciat contra charitates. Si tamen sunt plures habentes curam ipsius infirmi uno predicente alij sunt liberati: ad hoc extra de peni. et remis. c. cum infirmis. Si vero medicus credit verisimiliter oppositum scilicet quod talis pronuntiatio mortis vicine parum vel nihil prodest infirmo et per oppositum creditur taciturnitas huius parum vel nihil oberit: quia credit eum esse in bono statu et bene ordinasse de rebus suis tunc non tenetur medicus predicere mortem: ita quod non predicendo peccet graviter: quia cessante causa cessat effectus: ar. in predicta decre. tamen melius faceret predicendo. Cuius ratio est: quia quantumcumque infirmus creditur esse in bono statu anime et bene disposuisse de rebus suis potest quantum ad utrumque perficere et

meliorari: et probabile est quod audita morte vicina magis se disponet. Si autem medicus non credit de predictis duobus: sed est in dubio: tenetur etiam tunc mortem vicinam nunciare. Quis ratio est quia in dubio homo tenetur vitare notabile damnum pro ximi si potest: in dicto autem casu potest seque damnum donationis eterne et rerum temporalium. Quod autem dicit Galienus quod quicumque medicus de speret de salute infirmi: debet semper confortare in firmum et promittere sibi sanitatem: dicitur Jo. quod in hoc dicto non est standum dicto Galieni. Ad quod optime facit quod dicit Ambrosius de consue. di. 5. c. contraria. Contraria sunt diuine conditioni precepta medicine. Vel dicendum quod dictum Galieni seruandum est quando predicando mortem multum noceret et tacendo nil obesset. In nullo tamen casu debet mendacium dicere: ut facere consueuerunt 22. q. 3. faciat. Si autem queritur utrum peccet infirmus non obediendo medico? Respondit Innocentius quod videtur quod non: quia nec prelati eius est nec talis cuius mandatis teneatur obedire. Non enim potest ei precipere cum non habeat iurisdictionem super eum sed consilium seu hortari. Exhortatio autem liberam voluntatem excitat: di. 4. §. si. bonum est tamen quod ei credat: quia ut dicit philosophus primo posteriorum. Utiliter in arte sua perito credendum est. De si infirmus sciens vel ex ignorantia crassa sumat potum vel cibum nocuum peccat: quia debet corpus suum secundum charitatem diligere: de pe. di. 2. corpus. et mortale esset si ex hoc mors sequeretur. Sed si non crederet cibum vel potum mortiferum: quis crederet infirmitatem aliquammodo augeri: non peccaret mortaliter: vel saltem ita grauiter sicut in porci casu. Potest enim esse copatio grauioris afflictionis: qualis est afflictio sitis ad minus grauem: qualis est augmentatio febris. Seruitores autem infirmorum si eis dant aliquid nocuum ex certa scientia vel crassa ignorantia peccant magis et minus secundum nocuum tum et intentionem: faciunt enim contra charitatem proximi: de pe. di. 2. Proinde sani autem non tenentur vinere medicinaliter: quia sanis omnia sana. Si quis tamen scienter sumeret cibum vel potum quem crederet sibi nocuum: utique peccaret. Nec Innocentius et hostiensis. Cum autem ex flibotomia vel sectione sequatur mors infirmi: si medicus vel quicumque alius erat peritus et adhibuit debitam diligentiam et non errauit propter inexperience non tenetur in aliquo nec peccat nec est irregularis: quia potius casus quam eius culpa mors putatur euenisse. Unde Augustinus. absit ut ea que propter bonum facimus vel habemus si quid mali preter nostram intentionem acciderit: nobis imputetur. 23. q. 5. de occidendis. et poterit talis etiam ad ordines promoueri secundum Ray. si de hoc habet probabilem conscientiam quod nil obmisit de contingentibus: alias si non erat peritus vel non adhibuit debitam diligentiam sibi imputatur: et non poterit promoueri: extra de eta. et quali. c. ad au.

res. Quando etiam peritus dubitat in aliquo: potius debet dimittere quam incidere. Innocentius et hostiensis. Et autem consilium Innocentius quod promouendi a practica medicine abstineant: et precipua chirurgia: que incisionem vel aduersionem exercet: quia in nullo consilientia promouendi debet vacillare: di. 23. c. laici. Item clerici qui sunt in sacris et etiam in moribus si sufficienter sunt beneficiati non debent operari in medicina: nisi gratis pro miserabilibus personis vel suis consanguineis: nec etiam tunc ubi posset esse periculum: quod etiam strictius in claustralibus est obseruandum: extra ne cle. vel mo. c. multa. Ray. officium autem chirurgie quod requirit incisionem vel aduersionem est omnibus clericis interdictum: extra ne cle. vel mo. c. sententiam. De clericis autem audientibus physicam. i. medicinam quam sententiam incurrant habes supra in prima parte tituli c. Item nota quod prohibetur omnibus iudeis medicos querere in infirmitatibus suis. dicitur enim 28. q. 2. nullus aliquem eorum iudeorum in infirmitatibus suis vocet: aut medicinam ab eis percipiat: aut cum eis in balneo lauet. Si quis autem hoc fecerit: si clericus est deponatur: si laicus excommunicetur. Et videtur istud esse preceptum: quia contrarius faciens peccet mortaliter: nisi ignorantia probabilis iuris eum excuset. Nam nullus debet deponi vel excommunicari nisi pro mortali. Talis enim pena infligenda mandatur in transgressores. Dicit tamen Hugo ibi quod necessitas excusat: quando scilicet alium non habet medicum. Et idem videtur quando non habet sufficientem. Idem dicit Hugo et Lau. quod medicinalia possunt ab eis etiam facere per alium preparari. Medici non admittunt ad practica artis nisi iurati et de legitimo matrimonio nati secundum Augustinum de ancho. in li. de potestate ecclesiastica. Ratio est horum: quia medicus generalis curatio corporum committitur contra a populo civitatis debent esse electi: ut certi de probitate morum et pitia artis eligant ipsi ciues illos medicos quibus se liberosque suos in egritudine corporum committunt: sicut iuriconsulti dicit: sed ad reipublice administrationem non possunt eligi illegitimi. Exercere autem medicinam publice pertinet ad administrationem reipublice. Illi enim qui preponuntur publicis officiis quadam claritate morum et fame fulgere debent: que obscurantur ex vitiosa origine in illegitimis. Unde illegitimi exercere non possunt publice artem medicine: nisi cum eis dispensetur per eum qui potest. Et quia hoc prohibetur lege civili imperiali: ubi non viuunt legibus imperialibus sed alijs statutis que hoc non prohibent: vel etiam ubi essent leges imperiales abrogate: in hac parte videtur quod hoc non habeat obstare. Similiter quia officium reipublice est fideliter exercendum: sequitur quod recepto iuramento officium exercendi ipsam artem est eis committendum. Et sic medici propter experientie probationem debent esse a populo electi contra: propter reipublice administrationem debent esse de legitimo matrimonio nati

propter officij fidelem executionem debent licē
tari iurati. Medicis practicis magis q̄ theozic
debet quis se committere in cura corporis. Unde
philosophus dicit p̄mo metha. q̄ hñtes artem
et scientiam medicine sunt magis scientes q̄ ha
bentes experimentum. Expertos tamen medicos
in cura magis debemus eligere q̄ habentes sciē
tiam sine experimento. ¶ Pro cui⁹ declaratione di
cit Aug. de ancho. vbi supra: q̄ experientia me
dicoꝝ ex duobus exurgere potest: vel ex eozū ori
ginis dispositione: vel ex particularium applicati
one. Et quolibet horum modorum talis experi
entia habet adiunctam cognitionem ppter qd̄ n̄
in se sed in sua causa vniuersali. Sicut enī ex ori
ginis dispositione aliqui habent aptitudinē ad
dominandum ex influxu corporū celestium: sic a
liqui ex tali origine habent aptitudinem ad me
dicandum seu curandum: cuius cure effect⁹ q̄uis
ignozetur cā in particulari agente: cognoscit tñ
in vniuersali agente a quo originata ē natura cū
tali aptitudine ad talem effectum. Un̄ legitur q̄
cum Alexander magnus iuenisset in p̄fide quos
dam habentes intellectum penetrabilem et aptos
sup̄ alios dñari et regnum acquirere: pponēbat
eos occidere: timēs ne sibi regnū auferret. Su
per quo consulens Aristoteles respondit. Si po
tes mutare illius terre aerem et aquam: insuper et
dispositiōem loci et ciuitatum: imple ppositū tu
um. Sin autem: dñare ei cum bonitate et clemē
tia: et exaudi eos cū benignitate: et p̄ amorē quē
habebūt in te dominaberis in eis pacifice: quod
et fecit: et facti sunt eis p̄ses magis obedientes q̄
ceteri. Similit̄ experientia que confurgit ex parti
cularium applicatiōe nō pcedit omnino ex igno
ra causa: quia isto mō ars medicine inuenta est.
Ex multis enim particularibus experientiis in
uentores medicine habuerūt vniuersale p̄ncipi
um artis et scientie: puta qz viderunt per experi
entiam reubarbarum purgare coleram in hoc
particulari et in illo. Inde dederunt regulā vni
uersalem q̄ p̄prium est reubarbaro purgare co
leram. Istis ergo duobus modis expertis v̄l ex
origine dispositione vel particularium applica
tione: puto melius fore et tutius: vt committat se
in cura magis practicis medicis q̄ theozic. Si
aut̄ sint tales medici q̄ vñā medicinā velint ap
plicare ad oēs egritudines absq̄ cāe cognitione
et particulari applicatione: tales nō debent dici
medici experti nec scientes: qz tales solū curant
egritudinē in aliquo: quandoqz et a casu. Un̄ hī
nō d̄ se quis cōmittere in cura. Ad qd̄ facit di
ctum hieronymi. 29. di. c. fi. apostolus paul⁹ per
singulas ecclesias vulneribus medetur illatis in
vnaquaqz eaz vitia reprehendēs illius. Nec ad
istat iperiti medici vno collizio vult oīū oculos
curare. Cauēd̄ ē et tales idiote medici q̄ solēt aliq̄
tēs sup̄stitiōes imiscere cū aliq̄ n̄ lib⁹ remedijs
a qb⁹ oīo abstīnēd̄ ē. Peccāt enī ipsi et tales medi
ci vtentes talib⁹ sup̄stitiōis medicinis. Un̄ 2. 26.

q. 5. nō l3. d̄ in collectionib⁹ herbarū que medici
nales sunt: aliquas obseruatōes aut incatōes
n̄ l3 attēdere: nisi tñ cū simbolo vel oratiōe dñi
ca. Et Aug⁹. Ad hoc gen⁹ sup̄stitiōis pertinet
oēs ligature atqz remedia que medicināz disci
plina condēnet. 26. q. 2. illud. Et intelligit d̄ bis q̄
non hñt virtutē naturālē ad talē effectum: nisi fie
ret a sanctis viris virtute pure orationis: et si ali
qñ talia remedia sup̄stitiōsa inducant effectus
curationis: hoc est vel casu vel ope demonum.
Un̄ nllomō pcurāda s̄: vt ibi d̄: nec ē cōtra qd̄
d̄ in. d. c. nō l3. 26. q. 5. Dicit enī ibi nō l3 xpianis
tenere traditiones gentiliū: et obseruare vel co
lere elemēta aut lune aut stellāz cursus aut ianē
signoz fallaciā 2c. ¶ Prohibet enī in hoc decre
to sequi doctrinas sup̄stitiōsas gentiliū qui fau
sta vel infasta extimabant aliqua tpa et constel
lationes sequebātur: nō q̄tum ad naturales effe
ctus astroꝝ vel elementoz: sed fm diuinationes
et fallaciam demonū. Certū est enī et verū q̄ sic
necessario corpora humana subdūtur influētie
corporū celestium: sic necessario requiritur debi
torū signoz influentia i egritudinē corporaliū
curatione. Un̄ si medici dant medicināz i signis
colericis parū p̄ficiunt: qz corpus parū vel ni
hil mouebitur. Si vero in signis flegmaticis me
dicina sup̄ta facilius corpus laxat: ppter qd̄ sicut
medici in curatiōe egritudinū seruāt dies creti
cos qui determinant fm cursū solis et lune: ita in
datione medicināz debent obseruare debita si
gna astroꝝ. Unde et cōsultū fuit Alexandro ma
gno vt non sumeret medicinā sine cōsilio periti
in arte astroꝝ: et q̄uis vtile sit medicis: eē in hī
peritum. non tñ est necessarium ipsū esse astrolo
gum: sed scire quedā cōia p̄spectat ad congru
am dationē medicināz. Medici non illicite reci
piunt salariū seu stipendium p infirmitate quas
sciunt eē incurabilē. Vñ rō est fm Augustinum
de ancho. vbi s̄. qz medicus inuētus est ad istz
nature: tandiū infirmū medicine non est ex toto
subtrahendū infirmo q̄ diu natura non succum
bitiō non peccat medicus: accipiēdo stipendiū
de cura egritudinis quā per p̄ncipia artis medici
ne credit eē incurabilē: nisi forte maliciose non
indicando illis qui illius curam hñt v̄l superflu
os sup̄tus faciēdo: vel cū curare oīo p̄mitten
do. Sed indicata veritate quā nouit de egritu
dinis cura tādū iuste potest accipere stipendiū
suū q̄ diu exhibet in cura sui fidele ministerium
et v̄ez est consiliū. Ad qd̄ etiam facit auctoritas
Aug⁹. d̄centis in. 3. de trinitate. Medicus qui
dem cām p̄ximam egritudinis curationis p̄nu
ciare potest. Sed p̄mā et superiōrē scire non va
let. Ezechias rex fm cās inferiores. i. dispositio
nem morbi vel demerita sua mori debebat de
infirmitate sua: sed non fm cām superiōrē seu di
uinam dispositionem que regulat causas inferio
res et sibi subijcit. vnde et mortuus nō est: sed cō
ualuit. Ilay. 38. Quia ergo nescit medic⁹ qd̄ de

disposuerit de infirmo: vtrum sit sanandus vel moriendus: quibus finem artem medicine sit monendo: ideo licite persequitur curam: et accipit stipendium usque ad finem vel quasi. Sed et tutius et melius est infirmo pro cura sui plures habere medicos quam vnum si habere potest. Unde pater in epistola ad alexandrum. In vno medico non confidas: quoniam vnicuique medicus potens est ad nocendum: et de facili auget nefas presumere: nisi sumenda fuerit medicum noli sumere nisi de consilio plurimorum. Pro cuius declaratione dicit Augustinus de ancho. vbi supra. In curatione egritudinis est consideranda conditio artis medicine conditio egritudinis et conditio status persone egrotantis.

Et quantum ad primum

clarum est quod medicina sicut et quilibet ars inuenta per iumentum vnius ad alterum: et per iumentum posteriorum ad priores: quod semper posteriores se habent per additamentum ad priores finem philosophum. et metaphysice. Unde sicut complementum artis medicine est inuentum per multorum experientiam: sic complementum cure egritudinis debet fieri rationabiliter per plurimum medicorum colloquium et scientiam.

Quantum ad secundum

scilicet conditionem egritudinis. hec quicquid est ocula vni medico per signa que apparent: cuius causam vel per illa signa vel per alia alius cognoscere potest.

Quantum ad tertium

scilicet conditionem status infirmi: patet quod quantum in statu sublimiori tanto in periculo maiori versatur. Donantur enim omni in odium et emulationem multorum: et propter dignitatem quam habent quibus multi invident: et propter iusticiam quam exercent in reos quibus malitia placet. Unde legitur in epistola ad alexandrum: reginam indorum misisse ei multa munera preciosa: et iter cetera puellam pulcherrimam veneno nutritam: et que iam versa erat in naturam serpentis venenosi: hac intentione ut cognoscendo eam toxicaretur et periret: sed premonitus abstinuit ab ea. Et sic ad diligentiorum curam adhibendam et omnem suspicionem remouendam tutius est magnos viros habere plures medicos quam vnum. Qui autem non possunt plures habere et nisi vnum conducere sint vno contenti.

Nota breuiter peccata grauia medicorum.

Primo si ignorantes notabiliter exercent artes medicine: imputatur enim eis mors infirmorum vel aggravatio. arg. extra de iniuria et damno. c. si culpa. 4. 2. cum sunt periti vel propter negligentiam vel alias occupationes non aspiciunt libros nec diligenter prouident his que prouidenda sunt: ut in d. c. 4. 3. quando dant medicinas et remedia contra salutem aiarum: ut procurando abortum vel aliud malum suadendo: extra de pe. et remis. c. cum

infirmas. 4. 4. quando non inducunt infirmum ad uocandum sacerdotem ad faciendum confessionem: ut in d. c. cum infirmas. 4. 5. cum non visitat infirmos pauperes quos nouerunt: quod eis non soluit: cum non possint di. 83. h. i. 6. cum medicus precognoscens mortem infirmi finem artem medicine: non eum vel parentes vel confessorum amittat: et sibi prouideat de sacramentis: si expedit vel de testamento et huiusmodi: timens ne ex hoc de terius se habeat vel displiceat sibi vel suis secundum Iohannem neapole. in quodlibet. 4. 7. cum non adhibet diligentiam in medicinarum confectione: nisi sit certe expertus de solertia et fidelitate aromatariorum qui multa sophistica aliquando in eis ponunt. 8. cum detinent infirmum in infirmitate diutius ut plus ex frequentatione lucrentur: cum eque bene citius possent liberare. 9. quando sine causa rationabili inducunt debiles ad frangendum ieiunia ecclesie vel ad comedendum carnes diebus prohibitis: et multo magis cum ipsi causant obloquentes de ieiuniis ecclesie et abstinentiis. 10. de emulationibus eorum ad inuicem: ex quibus se iactant de aliquibus curis sapientibus: et socios deprimunt vituperando curas eorum.

Titulus octauus de statu mercatorum et artificum. Sermo. ca. i.

Exhibet homo ad opus suum et ad operationem suam usque ad vesperam. ps. 105. Prima perfectio cuiuslibet creature est primum actus eius id est

forma substantialis patet. et de anima: ut in homine anima rationalis. Secunda vero perfectio seu secundus actus est operatio eius que ab ea preeditur quam manifestatur virtus eius. Nec enim creatura aliqua est que non aliquid operetur vel operari possit: et frustra est potentia que non reducitur ad actum. de anima et natura nihil frustra operatur finem philosophum. et de anima et de celo et mundo. Unde et commentator. et metaphysice dicit quod si quis aufert operationes a rebus aufert essentias rerum. Ultima et felicitas hominis in operatione eius consistit per optimam ut dicit Aristoteles primo et x. ethicorum. Et de primo homine dicit quod posuit eum deus in paradiso volup-tatis ut operaretur. Gen. 2. Et 3. opus eius erat principaliter spirituale de quo christus loquitur. Jo. 6. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam scilicet meditatio et contemplatio diuina. erat tamen et aliquod opus corporale: si quidem ad necessitate: sed ad delectationem mentale ad experendum vires nature: et exinde magis recognoscendum res ipsas et creatorem earum vel in eis. Sed de paradiso expulsus propter peccatum necessitatus est ad operandum terram: diciturque illi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen. 3. id est. ut serues te in vita: oportet te operari unde viuas: et procuras tibi cibum deo